miliat⁹ sum. ꝛ silui a bonis. Et iteꝝ Ego
vero tanq̄ surdus nō audiebā. et tanq̄ mu
tus nō apiens os suū. factus sum vt hō
non audiēs. xp̄s silentiū imposuit. vt nos
dyabolo nichil credam⁹ ꝛ vincimus. Si
orare compellūt. si ieiunia suadent. nō ex
eoꝝ nos monitis. sed ex nr̄a ꝯsuetudīe di
rigamus. Denicq̄ etiā si irruētes mor-
tem nobis intentare videātur. irridendi
pociꝰ sunt q̄ timēdi. qꝛ cū sint debiles mi
nātur cuncta nec faciūt. hec quidē de istis
iam transitorie dixisse me memī. attamē
eadē nunc explicāda sunt lati⁹. qꝛ nō me-
diocrē affert repetitō cautelā. Ad
ueniente dn̄o destructus ē inimic⁹. ꝛ om
ne penit⁹ eius robur elanguit. Propter
q̄d p̄stine ꝯ̄tutis memor quasi tyrān⁹ iā
sen-scens. cū ruisse se videat in p̄niciem
grassaṫ hūanā. nec tn̄ p̄t firmū. deo peci⁹
cogitationū ꝛ ceteraꝝ fraudū arte p̄uerte
re. Iā luce clari⁹ ē. qn aduersarij nr̄i cū nr̄a
hūana carne sit septi ut causari valeāt. id
circo nos a se nō posse supari. qꝛ clauso o-
stio intro ire nō valeāt Et reuera si fuisset h
fragili corpe colligati. obstructo introitu
hisdē negareṫ accessus. Cum aūt vt dixi-
mus hoc impedimēto sint liberi. ꝛ obstru
cta penetrēt. atq̄ in oī licenṫ volitent aere
manifestū est. ob eneruationē eoꝝ perma
nere eccl'e corpus illesum. Denicq̄ satel-
lites impij cum p̄ncipe suo diabolo. quē
saluator in euāgelio homicidā et patrem
malicie ab initio fuisse firmat. nobis ad-
uersū se dimicantibus fortiter nullo mo
do cessissent. si potestas eorum non fuis
set ablata. Nam si mentior. cur nobis sa-
thanas parcis qui vbiq̄ discurris. Cur
qui nullo clauderis loco. aduersum te vi
uentium et disputātium non potes labe
factare constātiam. Sed fortasse nos di-
ligis quos quottidie conaris obruere.
aut credibile est. te esse bōitatis magistꝝ
et fauere magis optimis q̄ nocere. Et
quid tā caꝝ tibi p̄t eē q̄ ledere maxīe eos
qui tuis sceleribꝰ viriliṫ repugnāt. s̄m q̄d
scriptū ē. qꝛ abhominatio ē pietas p̄ctori.

Quis tam fecundū ad maliciā possidet
peci⁹. Quis tā meditatas implere cona
tur insidias. Scimus te impurissimū ca
dauer. Scimus. quia idcirco viuimus
christiani. et contra te nobis est secura ꝯ-
gressio. quia infirmatus es a domino.
Ideo de tuis cōfoderis iaculis. quia mi
nationē tuam non sequitur effectus. Nā
si fallimur. cur cum terrore simulato. cur
cum magnitudine corporum nostram ag
grederis fidem. Si voluntatem seque-
retur possibiltas. tantum tibi velle suffi-
ciat. His enim potentie mos est. non ex-
tranea fallacie argumento conquirere.
sed sua virtute complere quod cupiat.
At nunc dum theatrali mutatōne forma
rum quasi rudem infantiam scenica nite
ris simulatione deludere. exhaustas vi-
res manifestius probas. Nunquid nam
verus ille angelus contra assyrios missus
a domino. aut populorum egsuit societa
te. aut sonitus quesiuit aut plausus. et
non potius tacitam exercens potestatem
centumoctogintaquinq̄ milia hostium
sermōe velocius iuxta iubentis domini
prostrauit imperium. Uos ergo cum fra-
giles sitis viribus. perpetuus vos conse
quitur interitus. An dicet aliquis Cur
dyabolus egrediens. beati Iob omnē
in ruinam impulit domū. Cur eius opi-
bus penitus dissipatis. parietum quoq̄
fundamēta subuertens vnū numerose so
bolis coaceruauit sepulcꝝ. Cur ip̄m ad
extremum diri vl'neris nouitate p̄cussit.
Qui h opponit audiat e diuerso. nō diabo
lū potuisse h. s; dn̄m. a q̄ potestas aduer-
sum nos dupliciṫ datur. vel ad gl'iam si
p̄bamur. vl' ad penā. si delinquim⁹ quin
potius ex h animaduertat nec ꝯ vnū qui
dem hoiem. diabolū quicq̄ potuisse. si nō
ptātem accepisset a dn̄o. Null⁹ eīm q̄d sue
ditōis est. ab alio dep̄cat. Sz quid iob
memoror. quē nec expeditū potuit vince
re. Nec contra iumēta quidē eius. ꝯtra
oues. nec contra sues. sine concessu dei
propriū robur exercuit. sicut in euāgelio